

suyo , è sea suya la pared : è si aquel que no quiso facer la pared arrimáre alguna cosa aquella pared , tomelo todo el dueño que fizo la pared , y sea suyo.

*Ley VI. En qué manera debe el padre, ò la madre partir con los fijos su hacienda , si quisiere casar segunda vez.*

**E**L home que hobiere fijos de alguna otra muger , si casáre con otra muger , ò si la muger

que hobiere fijos de otro marido casáre con algun home, è qualquier de ellos ante que haya partido (a) con sus fijos ficiera alguna ganancia con la parte de los fijos , quier sea mueble , quier raíz , el padraastro , ò madrastra hayan la meytad de las ganancias : fueras ende si el padre , ò la madre tuviere la buena de aquellos sus hijos en guarda , ò por escripto , (b) asi como

*ff. communi div. facit ista l. in ar. quòd si puteus serviens toti viciniæ , indiget reparatione , nemo vicinorum excusatur à contributione , & si dicat quòd non vult hætenus uti puteo : ut not. Spec. tit. de censi. §. I. vers. sed porro vicini, & not. in l. fructuarius , ff. de usufruct. Item , si concedo tibi jus hauriendi , & portandi aquam ad fundum tuum , quia hoc est jus personale , non transit ad hæredes : ut est text. unic. & singularis in l. pen. ff. de serv. urb. præd. quòd not. incidenter.*

(a) **E**L HOME , QUE HAYA PARTIDO. Et secundum istam legem nota , quòd liberi primi matrimonij non impediunt provisionem legalem erga conjugem , nec lucrum quòd ei pertinet secundum formam : l. I. suprà eod. ut hoc notabiliter per Bald. in auct. præterea , C. unde vir , & uxor. quòd est notandum , & cum hac l. concord. quòd not. Ci. in auct. nunc autem , §. in illo, C. de secund. nupt. de foro tamen municipalis de Sepulv. aliter cavetur eod. tit. l. si biduus ignorantia , vel & cætera.

(b) **O** POR ESCRITO. Et sic nota ex hac lege quòd pater tenetur inventarium facere de bonis filij in quibus habet usumfructum , quia licèt non teneatur pater reddere rationem de administratione , nec cautionem de utendo , & fruendo , &c. ut l. cum oportet , §. cum autem , C. de bon. quæ libe. & l. cum non solum , §. hoc proculdubio , eod. tit. & in auct. de nupt. §. & hoc ita , & glos. fi. in auct. orphanotrophos , C. de Episc.

& Cler. & hoc propter reverentiam paternam : ut d. l. cum non solum , §. paternam reverentiam , tenetur tamen ad inventarij confectionem , sicut & alij administratores : ut in cle. quia contingit de reli. domi. & hic contrarium tamen tenent Ci. & Bal. in d. l. cum oportet , §. non autem : & est ratio secundum Bal. ibi , qui inventarium concernit eos qui rationem reddere tenentur , & non alios , cum ergo pater est à ratione administrationis excusatus : ut in jur. suprà alleg. ergo ad inventarij confectionem cum ejus administratio est impunita : ut ibi text. tenetur tamen pater de administratione culpabili , vel dolosa : ut est text. in dicta l. cum oportet , §. fi. & ibi Ci. & Jo. Fab. quòd approbat glos. in l. si quis prioris , §. fi. C. de secund. nupt. nec habet filius hypothecam in bonis patris , eo quòd malè sit usus , vel malè gubernet , sed nec rem alienatam à patre , vel ejus pretium consequitur : ut l. fi. §. non habente licentiam , C. de bon. quæ lib. & glos. in dicta l. cum oportet , §. non autem , secus dico in matre , quia ad omnia tenetur nec excusatur : ut l. hac æditali , §. his illud , C. de secund. nupt. not. Bal. in dicta l. cum oportet , §. fi. & not. glos. & Doct. in d. l. cum non solum , §. hoc proculdubio. Est tamen notandum , si pater tutor sit filij à reddenda ratione non excusatur : ut l. licèt , C. ad l. Fal. & C. de dolo , l. si superstitis , & ff. de lib. leg. l. Aurelius , §. Titius , ut reffert Bal. in dicta l. cum oportet , §. sed cum tantas , & vide quòd scripsi infrà eod. lib. 3. tit. de la guarda de los huerfanos , l. 3.